

## AD LECTOREM.



Ost annos quinque & triginta alteram latinorum Carminum partem damus, quam eadem methodo, eisdem legibus, eademque forma, qua prior edita est, Typis vulgari curavimus. Addendum tamen est, cum Aretæ, & Theodosii breviora Poemata non suppeterent, ex eorumdem Majoris Operis Argumentis quædam nos selegitte, ne Arcadum adeò Illustrium Nominibus Volumen hoc privaretur. Carmen quod ex Lycone damus nos quidem non latet sib⁹ alio ipsius Authoris fictitio Nomine plura continens, Satyræ titulo MS. circumferri; Verum ut h̄c legitur ab ipso Lycone Viro cuidam prudenti, & integerrimo ut Clementi XI. sine satyricis Commentis ostenderetur, traditum fuit. Reliquum est ut quæcumque Ethnicas voces, ritus, aut mores redolent pro simplici Poeseos ornamento accipere velis,